Jllustrations and handwritten book pages

R. GROSSER



lv

Mens pape neceſſario eſt, quod,
ſi venie, quod minimum eſt,
una campana, unis pompis
et ceremonijs celebrantur,
Evangelium, quod maximum eſt,
centum campanis, centum pompis,
centum cerimonijs predicetur.

lvj

Theſauri eccleſie,
unde papa dat indulgentias,
neque ſatis nominati ſunt,
neque cogniti apud populum chriſti.

lvij

Temporales certe non eſſe patet,
quod non tam facile eos profundunt,
ſed tantummodo colligunt
multi concionatorum.

lviij

Nec ſunt merita
chriſti et ſanctorum,
quia hec ſemper ſine papa
operantur gratiam
hominis interioris,
et crucem,
mortem infernumque exterioris.